



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Duo Tractatus

Moneta, Giampietro

Marburg, 1628

I. An per Optionem mutetur præbenda sola, an verò etiam titulus, &
Canonicatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63048)

præbendam, sed potius canonicatus.

- 37 *Pensio etiam imposita super solis distributionibus, vel super distributionibus simul, & præbenda, omnino dimittitur per eum, qui via collationis, & nova provisionis mutat canonicatum etiam in eadem ecclesia.*

CAP. VII.

De præcipuis optionis effectibus.

QUÆRO PRIMO, *An per optionem mutetur sola præbenda, an vero etiam titulus, & canonicatus?*

Pro intelligentia tam hujus, quam sequentium questionum hujus cap.

- Præmittendum est primo, canonicatum, seu cano-
 1 niam distingui † à præbenda, quod probatur tum ex
 tex. in c. eum cui, c. si clericus, & c. si is cui, de præbend. in
 6. & c. fin. de concess. præben. eod. libr. ubi canonicatus
 supponitur collatus sine præbenda, & not. ibi gloss. &
 Dd. gloss. in c. eum M. Ferrariensis in verbo, receperunt,
 ubi Abb. num. 2. Fel. num. 16. Butr. & Imol. in c. eam 11,
 de rescript. Card. in clem. fin. num. 5. Imol. num. 4. de præ-
 bend. Rot. decis. 33. in princip. de rescript. & decis. 26. de
 præben. num. 5. in no. decis. 11. num. 9. de concess. præbend.
 & alibi sæpe, aliique Doct. passim; tum ex communi
 stylo curiæ, qui in bullis provisionum solet apponere
 canonicatum; & præbendam; nam copula, &, poni-
 2 tur † inter diversa, c. querelam, de Simon. cum similibus,
 tum demum experientia; videmus enim in ecclesia
 Scalensi Mediolani, & aliis plerisque omnes cano-
 nicatus præbendis carere solasque distributiones ha-
 3 bere. Illud tamen verum est, canoniam † non debere
 esse sine præbenda, ubi in ecclesia extent præbendæ;
 quod voluit Rot. d. decis. 33. Franc. Marc. decis. Delph.
 1272. n. 1. 1. parte, & gloss. d. c. eum M. in verbo, receperunt,
 & verbo, vacaverat, & est optimus tex. in c. rela-
 rum, & c. dilectus, de præben. Et hoc est, quod aliqui, ut
 Rot.

Rot. d. decision. 11. numero nono, & post Laud. Card. d. clem. final. numero 10. & 14. & alii dicunt, † præbendam nasci à canoniam, sicut filiam à matre; sicque intelligi possunt, quotquot vel negant distingui canoniam à præbenda, vel dicunt non posse canoniam esse sine præbenda; & hinc etiam fit, quod vacante præbenda † per collationem canonicatus censetur etiam collata præbenda, ut tradit Gemin. & alii, c. si Capitulo, numero 3. de concess. præbend. in 6. late Fel. d. cap. cum M. num. 16.

Præmitto secundo, in hoc differre canoniam à præbenda, quod canoniam † est quoddam jus spirituale, quod provenit ex electione; & receptione in fratrem, ut d. c. cum M. & c. dudum, & c. dilectus, de præbend. Præbenda est, quæ procedit ex institutione & officio, quia, ex quo habet quis officium, debet habere & beneficium, c. inter cetera, de privil. c. si quis sacerdotum, & c. eos 81. dist. & c. eam te, de rescript. Hanc differentiam, & has definitiones, seu potius descriptiones tradit gloss. d. c. cum M. Ferrariensis, in verbo, receperunt, & ibi Innoc. num. 2. & alii de constit. quas melius explicat Laud. Card. & Imol. d. clem. fin. ex quorum mente & supra dictis sic possumus definire canoniam, quod sit jus spirituale, per quod quis habet non modo stallum in choro, & locum in capitulo, (unde ea, quæ sunt divini officii, nec non & Capitulares actus, modo cetera requisita habeat, exercere potest) verum etiam jus ad præbendam, & facultatem actu percipiendi distributiones quotidianas, nisi ignorantia captus, vel quid simile obstet.

Quod sit † jus spirituale, fatentur omnes Doctores, loc. cit. & alibi passim, quod per eam canonicus habeat † stallum in choro, & possit ea exercere, quæ sunt & divini officii, est tex. in d. c. dilectus, il. 1. de præbend. ibi, stallum in choro, & participatione qualibet divinorum, idque præter Doct. ibi notat Card. d. clem. fin. numero 14. post Guliel. de mont. Laud. quod competat ei locus, † & vox in Capitulo, tenet ibid. Laud. Innoc. & Host.

Host.

- Hofst. d. c. cum M. & Fel. num. 18. facit tex. in c. cum inter
 10 1. de renunc. & c. relatum, de præbend. nisi † vel esset
 puer, iuxta tex. in c. ex eo, de elect. in 6. vel non esset sub-
 diaconus, clem. ut hi, qui de at. & qual. quod vero jus
 11 habeat † ad præbendam, patet tum ex supradictis, tum
 maxime ex d. c. dilectus, il. 1. & c. relatum, de præbend. &
 iis, quæ late tradit Fel. d. c. cum M. nu. 16. & 17. idque
 etiam optime probat Staphil. de form. expecta. in prin-
 12 cip. num. 9. Quod vero † debeat actu percipere distri-
 butiones quotidianas, tex. est expressus, d. c. dilectus,
 il. 1. & il. 2. in fi. & facit d. c. cum M. notatque inter alios
 Rot. decis. 25. numero 5. de præben. in no. late Staphil. de
 13 form. expectat. in princip. num. 8. Præbenda vero est †
 jus spirituale, oriens ex canonica quoad ea, quæ spectant
 ad perceptionem fructuum, & proventuum ecclesia-
 stici beneficii, sicut est colligere decimas primitias &
 oblationes, competens ex divino officio, cui insit
 tamquam uni de collegio; ita post Laud. desiniunt Car.
 d. clem. fin. nu. 14. & Imol. num. 8. Ex quo patet, quod
 14 licet præbenda † possit quoque sumi pro ipsa tempo-
 ralitate, quæ etiam competit laico, prout not. Imol. d.
 num. 8. Card. n. 4. gloss. d. c. cum M. in verbo, receperunt,
 15 ubi Vinc. Abb. & alii, tamen proprie sumta † habent
 liquid spiritualitatis, distinctum à jure spirituali ca-
 nonicæ, ut præter Laud. Card. & Imol. locis paulo ante
 cit. voluisse videtur Rot. d. decis. 26. num. 6. sed clarius
 Bellam. decis. 63. num. 3. & Rebuf. in concord. Gall. Ru-
 brica de collat. §. 1. verbo, canonicatum, & præbendam, ex-
 primus tex. in c. dilecto, de præben. ibi, eo quod hujusmodi
 spirituale jus dividi; & melius ibi, quamquam inter-
 dum hi, ad quos spectat electio, de communi assensu ar-
 gumentare valeant numerum præbendarum quoddam
 jus spirituale de novo creando; ubi satis patet, loqui tex-
 tum de præbenda, prout est distincta à canonica, seu
 canonicatu; dixerat enim ibi Pontifex, quod licet
 16 ubi non est certus numerus præbendarum, † duo pos-
 sint assumi in canonicum, nulla etiam præbenda va-
 cante; secus tamen, ubi est certus earum numerus, nam

tunc una etiam vacante non possunt ad illud duo simul eligi, ne hoc jus spirituale dividatur; cum maxime dicta electio, de qua ibi, quæque ad canonicatum terminatur, non cassetur, neque nulla declaretur, sed solum alter condemnetur ad restituendum alteri quicquid ratione suæ institutionis obrinuit, hoc est, præbendæ portionem; vel si ea electio nulla est, id fiat ex eo, quia non simpliciter, sed ad unam præbendam duo electi sunt, cum alias vel simpliciter † eligi possint duo, cum 17 una sola præbenda vocat, *juxta c. relatum, & c. dilectus, il. 1. de præben.* vel tunc demum, si prius illa præbenda in duas ex crescentibus facultatibus per creationem duorum jurium divisa fuerit, *ut habetur in c. vacante eod. juxta mentem gloss. ibi, & aliorum; de quo videndus est Rebus. latius distinguens, d. §. 1. Rubr. de collation. verbo, uni, per totum.* Quare admittenda non est opinio Abb. d. c. cum M. nu. 22. dum vult, præbendam tunc solum dicendam esse quid spirituale, cum habet canonicam annexam.

Præmitto ultimo, illam distinctionem, quam supra c. 2. q. 2. concl. 1. latius explicavi, quod aliquando in ecclesiis est certus, aliquando incertus numerus canonicorum, & totidem etiam præbendarum; item præbendæ aliquando sunt indistinctæ, aliquando distinctæ inter se. His positis sit

PRIMA CONCLUSIO. Per optionem † non mutatur 18 canonicatus, sed sola præbenda: ita Card. consilio 126. nu. 4. Cassad. decis. 17. numero 1. & seq. de concess. præben. Gem. Franc. & omnes, in c. fin. de consuet. in 6. Rebus. tract. de pacif. possess. num. 142. in quam etiam sententiam allegari possunt, quotquot scripserunt per optionem non mutari titulum, de quibus *inf. concl. 3.* & satis aperte id patet ex *tex. d. c. fin. de consuet. in 6. ibi, meliores optare præbendas, & mox, cum præbenda vacabit, & illa qua optata non fuerit, &c.* Supra autem satis ostendimus, præbendam à canonia, & canonicatu differre.

SECUNDA CONCLUSIO. Mutatur † tamen per 19 optio-

optionem jus spirituale, quod est annexum præbendæ: ita Rot. decis. 6. num. 5. & 6. de consuet. in no. Bellam. decis. 1. nu. 2. & decis. 63. n. 5. Compost. c. fin. in 1. gl. ext. de consuet.

TERTIA CONCLUSIO. Probabiliter dici potest, ubi saltem præbendæ distinctæ sunt; mutari ¶ quodammodo titulum beneficalem & præbendalē, quatenus sumere possumus titulum pro jure suo spirituali præbendæ: ita in specie voluerunt Rot. & Bellam. loc. cit. & hoc voluerunt, & concludunt, dum ibidem probare contendunt per optionem canonicatum mutari; idem etiam quod titulus mutetur tenuerunt Gigg. de pension. q. 63. nu. 2. & alii quotquot secuti sunt Rot. d. decis. 6. quos allegavimus, d. conclus. 1. ex eo enim præcipue probatur illa conclusio, in qua dicebamus, optandi consuetudinem esse contra jus, ideoque requiri spatium 40. annorum, quia sine canonica institutione novus titulus acquiratur, contra tex. in cap. 1. de reg. jur. in 6. cum simil. In hoc tamen contrarium ¶ sentit Card. d. cons. 126. nu. 4. Abb. cons. 347. nu. 12. & 13. vol. 2. Gemin. & Franc. d. c. fin. Cassad. d. decis. 17. per totam, & idem tenere videtur ead. Rot. decis. 15. de consuet. & decis. 10. n. 2. de præb. in antiq. Rebuf. d. nu. 142. post Anch. d. c. fin. Butr. c. fin. ext. de consuet. & alii, dicentes, optionem non dare novum titulum, sed provenire ex antiquo titulo, ita ut forte sit hæc opinio magis communis: nisi velimus eos intelligere; ut loquantur, vel ubi præbendæ distinctæ non sint, vel de mutatione canonicatus sumendo titulum pro canonicatu, quasi solum velint non mutari canonicatum, quomodo titulum sumebant Bellam. d. decis. 1. & 6. & Rot. d. decis. 6. dum probare volebant per optionem titulum beneficalem, & canonicatum acquiri, quam tamen interpretationem Card. Abb. & Cassad. libenter non recipiunt, dum frustra, & contra ceteros omnes probare cōtendunt, per optionem mutari solam præbendæ temporalitatem, hoc est, ipsum fundum, quod etiam vel ex eo confutatur, quod nullum ad hoc statutum

rum vel consuetudo requireretur, sed iudicis decretum.

QUÆRO SECUNDO, *An optando quis mutet stallum in choro, & quomodo?*

Supponendum est noviter receptum etiam mandato Pontificis prius † sedere debere in inferiori loco ²² juxta ordinem suum, ita ut si presbyteralis præbenda sit, quæ confertur, ultimum inter presbyteros: si diaconalis, ultimum inter diaconos; si subdiaconalis, ultimum inter subdiaconos locum obtineat, qui illam præbendam assequitur; *de quo per tex. & Doct. in c. statuimus, de major. & obed. ita tradunt Dom. de Rot. decis. 9. de consuet. in antiq. & decis. 4. eod. tit. in antiquior. tenet Falcon. in tract. de reserva benef. effect. 49. Add. ad Rot. decis. 2. & 3. de consuet. in no. Franc. Marc. decis. Delphin. 1271. num. 5. ob eam rationem, quia in dubio Papa videtur conferre canonicatum cum suis qualitatibus, ut per Rot. loc. cit.*

PRIMA CONCLUSIO. Quando optio fit intra eundem ordinem, quod ut plurimum contingit, ascenditur † etiam saltem per accidens ad locum superior ²³ rem in choro. Probatum primo ex Doct. supra allegatis: iidem enim dicunt; eundem noviter receptum ascendere, deinde ad alios gradus suis loco, & tempore juxta statuta, & consuetudines ecclesiæ; quod etiam tenere videtur Zerol. in Prax. Episc. verbo, canoniam, vers. ad 8. per ea, que not. Boer. in tractat. de auctor. mag. Cur. Franc. num. 32. deinde quia cum præbenda † non o- ²⁴ ptata debeat dari noviter proviso, ut etiam dicitur d. c. fin. de consuet. in 6. & ille debeat sedere in inferiori loco, necessario fit, ut alii gradatim ascendant. Neque vero id adversatur iis, quæ superiori quæst. tradidimus, dum in 2. not. inter jura canonicalia stallum in choro reposuimus, & tamen *ibid. in c. conclus.* ostendimus, canonicatum non mutari per optionem, tum quia non ita mutatur locus, quasi de novo tribuatur, sed solum per ascensum, ut dictum est: tum quia id fit per accidens, ut admonuimus ex eo, quod non tam fit vi
optio-